

bilibus, idcirco de ipsis iterum agemus disp. 6. q. 2. ubi de cau-
sis intellectiois disputabimus, & qu. 4. tractando de necessitate
specierum intelligibilium, hinc plura ad hanc quaestionem perti-
nentia videntur erant locis citatis.

Quoad primam quaestioem partem, quomodo species ad sensatio-
nem adum concurrat, supponendo potentiam sensitivam adive
concurrere ex dictis q. 2. sunt, qui putant speciem sensibilem
nullum adivum concurrere habere ad actum, sed solum materia-
liter, aut in genere cause formalis concurrere, disponendo scilicet
ad, excitando, & determinando potentiam ad actum, ita qui fu-
sunt idem de speciebus intelligibilibus; item Javel. 3. de An.
qu. 4. Tal. 2. de An. qu. 12. Zab. lib. de sensu agente cap. 8. & 9. Ex
opposito communis tum veterum, tum recentiorum opinio conce-
dit omnibus speciebus sensibilibus, five externis, five internis par-
tiales adivitates erga sensationem, & ex nolris sequitur Car-
vellus super qu. 12. de An. & Similich. 15. de Deo uno disp. 6. q.
1. Media sententia docet species internas effective concurrere ad
sensationem, externas vero solum ut effectus praevious ab objectis
emanare, & haec est communis apud Scotistas sufficientes ad co-
gnitionem intuitivam non posse speciem concurrere, sed obiectum
immediate, ita Tartar. 2. de An. qu. 2. 6. 2. Secundo sciendum.
Bassol. q. 1. prol. ar. 2. Mairon. qu. 15. prol. ar. 1. Vulpes. p. disp.
19. ar. 2. Barg. i. d. 3. q. 6. ad 2. princ. & aliis externis quoque sensatio-
nem externam.

93. Dicendum est cum 3. sent. species internas adivas esse adum
internorum, & externas externorum; prima pars, quod species in-
ternas adive concurrant, colligitur ex D. Aug. 11. de Trin. c. 2. ubi
universaliter ait cognitionem esse cognoscere, & cognitio gigni, ergo
si potentia non est totalis causa cognitionis, sed obiectum con-
currere debet, & in sensibus internis non potest obiectum im-
mediate agere, quia interni solum mediis externis patiuntur ab
objectis recipiendo species, sequitur non obiecta immediate, sed
species, ad sensationem concurrere; idem quoque colligitur ex 2.
ter. ad An. 59. & 60. ubi docet Arist. potentiam non esse causam to-
talem, sed obiectum visibile, & audibile active ad actus concurre-
re, ergo idem de sensibus internis dicendum.

Deinde prob. ratione, quia certum est nudam potentiam non
esse principium sufficientem, & completum ad eliciendum actum,
sed requiri obiecti concurrere, vel immediatum, vel mediatum,
per speciem, ut etiam adversarii fatentur, ratio est, quia posset
potentia quocunque obiectum five praesens, five absens percipere, &
quocumque tempore, quod est falsum; & hinc autem concursus
debet non effectivus, nam si concurreret solum disponendo,
vel determinando potentiam, iam in ordine ad actum obiectum
vel species se haberet ut totalis sine qua non, quod non recte ad-
fertur, eo quia tunc a posteriori deprehenditur aliquid esse causam
aliquis effectus, & non solum conditionem, quando in ipso effectu
peculiaris ratio, aut formalitas invenitur tali cause attribuenda,
quia totalis formalitas non ponitur in ipso, nisi per causam influa-
m, similitudo enim semper arguit causalitatem, eo quia agens
intendit assimilare sibi effectum, & principium effectivum est
principium distinguendi, & assimilandi, aliter omnis causa parti-
alis non posset conditio sine qua non; hinc filius, quia assimilatur
quandoque patri, ponitur active ab illa produci, cum igitur in actu
sensationis inveniantur peculiaris ratio correspondens non solum
potentiae, qualis est virtus, sed etiam obiecto, quae est similitudo,
in representando sane ex hoc concludendum est, potentiam, &
obiectum simul ad cognitionem concurrere adive; & haec est
principalis ratio, quia passim utuntur Doctores.

94. Hac tamen ratione sobrie utendum est, nam si ita accipia-
tur, quia formalitas in effectu attingatur ab una causa, & alia ab al-
tera, ratio non valet in proposito, quia effectus cognitionis, cum
sit simplicissimus, indivisibiliter procedit a potentia, & obiecto,
nec una formalitas assignari potest in effectu, quae ab omnibus, &
singulis simul non attingatur, quae licet sint causae partiales parti-
aliae causae, sunt tamen totalitatis effectus, in eo igitur sensu
est accipienda, ut diversae illae formalitates in effectu reperte
diversas arguant causas concurrentes partialiter, non quidem parti-
alitate effectus sed sola partialitate causae. Dices, ex duabus cau-
sis partialibus ad eundem effectum communem concurrentibus posse
unamque aliquid ipsius effectus attingere, ut constat de duobus
calidis, quorum quodlibet per se potest aliquid gradum caloris
producere, sic ergo etiam erit in proposito, quod potentia unam
attingat formalitatem in actu, species alteram. Resp. assumptum
licet possit verificari in causis univocis diversibilem effectum produ-
centibus, ut in exemplo caloris allato, at in causis equivocis, quae
praesertim producent effectum entitativum indivisibilem, ut sunt in
proposito potentia, & obiectum respectu cognitionis, est prorsus
falsum, quia cum effectus sit indivisibilis, non potest quicquam ejus
produci ab aliqua causa, qui totus producat, non ab omni vitalitas
sensationis est quid realiter a representatione distinctum, sed est e-
adem omnino realiter entitas; atque idcirco respectu ejus non possunt
assignari plures causae partiales partialitatis effectus, sed tantum
partialitatis causae.

95. Dices, ex proportionate similitudinis cognitionis cum obiecto
non dependet arguitur dependentia, & causalitas, ergo haec ratio non
est efficax, aut probans cognitioem relationis, entis rationis, & si-
milium habere representationem proprii obiecti, & tamen ab illo
non causatur, similiter effectus assimilatur idcirco artificis, quia tamen
physice non dependet. Resp. neg. ant. & ad exemplum de cognitio-

ne relationis commodius dicemus disp. 6. q. 2. ar. 1. quod additur
de illa, non urget, nam etiam effectus active ab illa dependet, &
concurrere enim in genere cause efficientis ad effectum, licet non di-
stincta qualitate ab agente, ut diximus disp. 7. Phys. q. 7. prae-
terquam quod non est ad propositum, nam potentia intellectiva ex-
tra non concurrat efficienter, sed solum dirigendo, & consequen-
ter nec conceptus obiectivus, qui est idea, potest fundare in se phy-
sicam causalitatem, at ad intra respectu cognitionis vero est efficiens
causa, idcirco species in illa manens poterit active quoque concurre-
re. Ceterum quo pacto haec duo, cognitio scilicet, & species
constituunt unum principium totale cognitionis, dicemus disp. 6. q.
2. ar. 2. ubi etiam rationes in contrarium solvemus.

96. Secunda pars conclus. de specie externa prob. ex D. Aug. 11. de
Trin. cap. 5. dicente: *Viso, quia sit in sensu carnalis, quasi pa-
rens est speciei corporis, ex qua fit, sed parvus non proprio, & ve-
re, unde nec ipsa vera proles est, sed quasi proles*; Tum 2. si spe-
cies non concurreret ad actum cognitionis adive, sequeretur,
quod etiam per spatium inane posset videre obiectum, vel per me-
dium densum, opacum, & oblatulo impedimentum, quod est
falsum, seq. prob. quia potens agere in distans actione alterius ratio-
nis, qua agit in medium, si hac impeditur, non idcirco cessat agen-
s, in distans, ut patet de Sole, qui in ea rem agit illuminando, in
vicibus terrae generando metalla, quamvis propter opacitatem
terrae nequeat partes subterraneas illuminare, ergo licet obiectum
non possit produci species propter vacui, vel oblatulo impedi-
mentum, adhuc posset ad visionem concurrere cum potentia, quae
est actio alterius rationis a productione specierum. Tum 3. vi-
sio intenditur, & remittitur juxta intentionem, aut remissionem
specierum, ergo ab illis producitur, aliter non esset ratio, cur
proportionaliter ad remissionem specierum remittatur visio. Tum

4. in speculo videtur res a speculo existens, ad quam visionem que-
rit obiectum immediate concurrere, sed species reflexa est, quae
quirit obiectum, similiter nuntius in fundo vase positus aqua pleni profici-
git, aqua in fundo vase, & quo non videretur, si aqua non esset, eo quia
propter variationem medii refrangitur radius, quia refractione po-
test attingere nuntius potentiam visum, ergo obiectum non im-
mediate concurrat ad visionem, sed media specie; idem clarus
apparet in sono, qui nequit nisi per speciem concurrere ad au-
ditum, nam quando fit auditio, sonus non adest secundum aliquos,
sed solum species soni in medio usque ad potentiam multiplicata,
& tamen tunc ajunt, non audiri immediate, non speciem soni,
licet hoc in nostra sententia sit falsum, ut loco docemus, sed fal-
sum est verum in sententia Scoti species potest videri, & audiri,
& consequenter iam habebunt activitatem producenti sensationem
propriam tanquam obiectum, ergo non se habent solum ut effec-
tus praevius. Et tandem quia omnino superflua essent species istae,
nec posset adduci aliqua ratio, cur producerentur ab obiecto, nam
quod ajunt aliqui, speciem determinare potentiam, disponere,
& excitare, vanum est, quia sufficeret sola obiecti praesentia,
sicut haec sola satis est, ut intellectus intuitively cognoscit obiectum,
sicut sine specie. Si dicas praerogative, ut producat speciem in sen-
sibus internis, hoc etiam est omnino superfluum, quia dici pos-
set obiectum media sententia causare species internas, nam licet
non possit obiectum immediate agere in sensibus internis poterit ta-
men media sententia.

97. Neque Scotus est alienus ab hac opinione, nam in r. 1. q. 3.
C. ait oculum videre obiectum per speciem, & q. 4. C. docet vi-
sionem fieri per speciem, & q. 6. ait speciem coloris repraesentare
organo colorem, & lit. M. inquit obiectum esse praesens or-
gano per speciem, & 2. d. 3. q. 9. Nait speciem sensibilem in oculo
esse rationem cognoscendi; quod etiam repetit d. 13. q. 4. C. &
per totam illam q. 4. in d. 44. q. 3. & in lib. de An. q. 12. hanc ad-
vitatatem specierum videtur supponere. Quando igitur in 2. d. 9. q. 2.
C. inquit speciem non concurrere adive ad visionem, sed solum ut
effectum praevium, loquitur in sententia aliorum, eo vel maxime,
quod haec doctrina utitur tanquam exemplo ad explicandum actio-
nem in distans, unde ut notat Licher. ibi, videtur Doctor in hac
re problematicus; magis tamen videtur inclinare ad activitatem
specierum, ut patet ex tot locis adductis.

98. Contra hanc determinationem insitari potest ex hoc, quod
cognitio externorum sensuum est intuitiva, de cujus ratione est,
quod producat ab obiecto existente, ut existens est, & in se praes-
ens, ergo species non concurrat ad actum, sed obiectum immedia-
te, quia ratione in cognitione intellectu intuitiva species solum
concurrat, ut effectus praevius, non ut causa. Sed hinc diffi-
cultati plenissime satisfaciemus disp. 6. q. 1. dum dicimus, ali-
signabimus inter intuitivum, & abstractivum cognitionem, &
qu. 4. ar. 2. dum speciem intelligibilem tanquam causam intuiti-
vae intellectiois respiciemus, eo quia species intelligibilis, cum sit
permanens, inservit memoriae intellectivae; & idcirco ab obiecto
causatur, ut effectus praevius, at species sensibilis externa
raptim transit, quae pendet ab obiecto in fieri, & conservari, unde
nequit memoriae inservire, & si non esset causa cognitionis ex-
terne, esset quidam effectus omnino superfluus.

99. Aliud praecipuum specierum manus est esse similitudinem
obiecti, pro quo duplex, seu triplex similitudo distinguitur a recentio-
ribus, formalis, virtualis, & obiectiva; formalis similitudo est,
quae obiectum repraesentat ad modum imaginis, sicut se habet cog-
nitio actus; virtualis consistit in hoc, quod sit licet, & virtus pro-
ductiva illius, quod formaliter repraesentat obiectum, sicut ar-
ti-

cloris; v. g. potest dici virtualis similitudo hominis, quia est
virtus productiva imaginis formaliter repraesentantis hominem; &
obiectiva illa dicitur, quae se habet ut medium cognitum, &
est imago alius rei, quae prius cognita ducit in cognitionem
theophori ut est imago Caesaris in tabella densa. Cum igitur
theophori ut est imago Caesaris, qui habet repraesentare obiectum, du-
bitatur, an sit similitudo obiectiva, id est, quod prius debeat co-
gnosci a potentia in seipsa, deinde maneat in cognitionem ob-
jecti; vel si non se habet ut medium cognitum, sed solum ut ratio
cognoscendi, an sit ratio formaliter repraesentans, vel tantum vir-
tualiter.

Durand. 2. d. 3. q. 6. Greg. d. 7. q. 3. ar. 1. Major. d. 3. q. 9. do-
cent speciem obiective repraesentare obiectum, quia scilicet est me-
dium *Quod*, immediate terminans sensationem adum, quia appre-
hensio sensus deinde percipiat obiectum, ut evenit in imagine; &
consequenter fulsine debent esse quoque similitudinem
formalem obiecti. Communis opinio alerit esse solum rationem
cognoscendi, & medium *Quo*, q. 2. ajunt esse similitudinem for-
malem, & tantum D. Thomam, Cajet. Ferrar. Bannez, Nazia-
rum, Ledeam, nec tamen discedit Joan. de S. Thom. qu.
6. de An. q. 3. Ex adverso omnes ferè recentiores in obiecti-
ve solum similitudinem virtualem, non formalem, nec obiecti-

100. Dicimus, speciem non esse similitudinem obiectivam,
& medium *Quod* respectu obiecti, nec esse similitudinem for-
malem in sensu, quo loquuntur Complut. Prima pars, quod
non sit species obiectiva, est Scoti in 2. d. 3. q. 9. N. & qu. 14.
GG. & seq. prob. quia species obiectiva non repraesentat, an ob-
jectum sit prop. ad procul, nam intuens imaginem Caesaris,
namquam percipit, an Caesar sit prop. ad species sensibilis re-
praesentat distantiam. Tum quia qui videt imaginem Caesaris,
non cognoscit per illam Caesarem, nisi hunc aliunde cognovit,
ergo si species est similitudo obiectiva, oportebit, & hanc percipere,
& obiectum aliunde cognoscere, ut per hanc obiectum cognosca-
mus. Tum quia quando videmus albedinem in pariete; non
cernimus speciem albedinis, quae est in oculo, vel aere, sed
ipsam albedinem immediate; neque obiectum sensus est species
sensibilis, sed ipsa qualitas, quae immediate attingitur a sensu, ut
color a visu, sonus ab auditu, calor a tactu, sapor a gustu, odor ab
olfactu, at si species esset medium *Quo*, ipsa non deberet ob-
jectum sensus, quia primò, & per se attingeretur; sic quia per crea-
turae materiales ducimur in cognitionem substantiarum abstractarum,
obiectum motuum per se nostri intellectus pro flato illo fit
creaturae materiales, non substantiae abstractae. Diximus respectu
obiecti, quia in praesenti loquimur solum de specie, prout concurrat
ad cognitionem obiecti, nam scilicet requiritur, quod semper
praecognoscatur, ut possit percipi obiectum, an autem ipsa species
quocumque possit habere rationem obiecti, & cognosci per aliam
speciem, dicemus disp. seq.

101. Secunda pars prius declarari debet, nam non est negan-
dum, speciem dici posse formaliter repraesentare obiectum, quomodo
loquitur Doctor quod. cit. & r. 1. d. 3. in fine, quatenus scilicet
condingitur ad medio *Quod*, istud enim dicitur virtualiter con-
tinere cognitionem illius, quod facit cognoscere, non formaliter,
quia non se habet ut ratio cognoscendi, non concurrat cum pot-
entia per exhibitionem propriae entitatis, quae exhibitio requiritur
ad genus formalis causae, at tam species, quam actus se ha-
bent, ut medium *Quo*, & dicunt rationes formales cognoscendi
respectu potentiae, quia concurrunt per exhibitionem propriae en-
tatis; at si species, & actus ad invicem comparantur, species
potius dici debet similitudo virtualis obiecti, quam formalis,
quia species attingit ad actum primum, constituitque obiectum adu
cognoscibile, ut docet Scotus 1. d. 3. qu. 6. §. *Ad argumentum opposi-
t.* & quod. cit. cognitio vero spectat ad actum secundum, constituitque
obiectum adu cognitum, & reddit potentiam formaliter cogno-
scentem, quod autem est tale in actu primo, & habitualiter,
aptius dicitur esse tale virtualiter, sicut quod est tale in actu secun-
do, dicitur esse tale formaliter, quapropter potest species dici si-
militudo formalis, & virtualis obiecti; formalis, ad differentiam
medii *Quod*, & quatenus est medium *Quo*, virtualis, & differen-
tiam actus cognitionis, qui expressus, & actualis repraesentat ob-
jectum, & unicus illi potentiam.

102. Ceterum nullo pacto dici potest species similitudo for-
malis obiecti in sensu Thomistarum, quia scilicet sit eadem entitas
obiecti sub modo essendi non naturali, sed repraesentativo; hoc
enim implicare ostendimus supra q. 4. dum probavimus speciem esse
omnino alterius rationis ab obiecto. Tum quia si species esset
eadem obiecti quidditas in esse repraesentativo, ad quid deinde po-
tens species expressa, seu actus secundus? sufficienter enim intel-
ligeretur potentia constituta formaliter cognoscens obiectum, eique
intentionaliter assimilata per speciem formaliter repraesentantem
obiectum. Neque differentia quam Complut. assignat, aliquid fa-
cilit, dicunt enim speciem inexpressam, & expressam, quamvis
sint eadem omnino naturaliter, differre vero quoad modos re-
praesentandi, nam inexpressa repraesentat per modum habitus, &
permanenter, expressa per modum actus, & transienter. Non
valet, quia assimilatio potentiae cum obiecto, per quam intentionaliter
illi unitur, non attenditur in modo essendi, quia in hoc dif-
ferunt sed potius in natura, & quidditate obiecti, quam attingit

potentia, ergo si species est eadem obiecti quidditas, sufficienter
sine potentia intelligitur assimilata per speciem. Tum quia per
seclior est assimilatio permanens, quam transiens, unde visio bea-
tifica ponitur actus semper permanens, ergo si species, & actus
solum differunt, quia illa permanenter repraesentat, ille tran-
sienter, illa erit illo perfectior, quod est falsum. Tum quia ha-
bitus, & dispositio differunt per hoc, quod est habere esse perma-
nenter, & transienter; & tamen non per hoc species differunt,
ergo si solum species impressa, & actus differunt penes itos mo-
dos, & in quidditate conveniunt, non distinguereantur specie,
quod est falsum, quia actus est effectus speciei aequivocus, non
univocus.

103. Contra primam partem arguitur ex D. Aug. 11. de Trin. cap. 4.
ubi ait de sensibus internis: *Quod est ad corporis sensum aliquod corpus
in loco, hoc est ad animi actum similitudo corporis, in memoria, &
quod est affectivum visum ad eam speciem corporis, ex qua sensus
formatur, hoc est visus cogitans ad imaginem corporis in memoria
constitutum*; quod etiam docet Arist. lib. de mem. remin. cap. 2. ubi ait
in recollectione nos cernere phantasmata tanquam imagines rerum.
Tum 2. species est vicaria, & species generis obiecti, ergo quod ter-
minat actum cognitionis est species. Tum 3. ad sensationem requiritur
obiectum praesens, sed in sensibus internis non est obiectum
praesens, sed species repraesentans obiectum, ergo, &c. Posset
etiam argui de auditu, qui non ad sonum, sed ad speciem soni vi-
detur terminari, & de visu per radios reflexos, ut cum intuemur
res in speculo, sed de his in propriis locis.

104. Resp. comparationem D. Augustini solum esse quoad motio-
nem, quatenus sicut corpus movet sensum externum, ita species
movet internum, non quoad terminationem. Arist. vero assimila-
vit species picturam, quatenus ambo repraesentant, non tamen quoad
modum repraesentandi, quia pictura est obiectum *Quod*, species
medium *Quo*. Ad 2. species dicitur vicaria obiecti quoad motio-
nem, non quoad terminationem. Ad 3. dicunt aliqui in cognio-
ne abstractiva terminum esse obiectum non in se, sed ut in specie
repraesentatum, etque modus iste loquendi familiaris apud Scoti-
stas. Sed hoc est caute intelligendum, quia ut arguit Mastr. 1. d. 3.
qu. 10. aut obiectum relucens in specie est aliquid aliud ab ea, vel
non, si primum, cum non sit obiectum extra, iam obiectum extra
non cognoscitur; tum quia non potest assignari, quodnam sit
illud reale in potentia existens a specie distinctum, & in ea relucens,
si secundum, ergo species vere cognoscitur obiective. Idcirco
respondet, quod in cognitione intuitiva obiectum terminans
est res in se, at in abstractiva, qualis ponitur cognitio sensitiva in-
terna, est ipsum obiectum, ut praecedit ad esse extra, & ab esse
intra, & hoc circumscribere intendunt Scotistae, cum afferunt ob-
jectum ut in specie relucens terminare cognitionem abstractivam;
sicut quando totaliter etiam loquuntur de motione, scilicet, quod
obiectum in specie movet phantasmam, circumscribitur speciem ob-
jecti; vide Bargium 1. d. 3. q. 6. ad 2. princ.

Contra 2. partem arguit Complut. ex Arist. cit. & 2. de An. 121.
docentes, quod sicut impresso anulo ferreo, vel auro in cera ma-
nes forma, & effigies annuli sine materia ejusdem, ita obiectum
sensibile immitit propriam speciem, quae est ipse natura, a sine
materia, ergo sicut effigies annuli est similitudo formalis, ita
etiam erit species; & tex. 62. docet potentiam per receptionem
speciei fieri talem, quae est ipsum obiectum, ergo si species non
esset omnino eadem cum obiecto, & similitudo formalis, non fie-
ret potentia per ipsam similis obiecto, sed potius dissimilis. Tum
3. species est primario instituta ad repraesentandum obiectum, cum
habeat esse intentionale, ergo est formale repraesentativum, conf.
prob. quia quod solum virtualiter convenit alicui, non est primum,
quod est convenit, sed esse formaliter tale, ratione cuius continet
virtualiter aliud, ut lux solis est virtualiter calida, & quod pri-
mo elicomit, non est esse virtualiter calidam, sed esse formaliter
lucem, ratione cuius virtualiter continet calorem, ergo si spe-
cies est virtualiter repraesentativa, non esset instituta primario ad re-
praesentandum, sed ad effendum formaliter in illo esse, ratione
cuius est virtualiter repraesentativa. Tum 3. productio verbi,
& speciei expressae est quaedam generatio vitalis, non simpliciter
in creatis, scilicet secundum esse naturale, sed secundum quid, &
in esse repraesentativo, ergo debet esse in similitudine naturae ad
suum principium in esse repraesentativo, ergo species expressa est si-
milis obiecto, patet haec ultima conf. quia species expressa est si-
milis obiecto, & tamen ab impressa immediate producit, ergo
species debet esse omnino eadem, & similis obiecto. Tum 4. simi-
litudo fundatur in unitate naturae, & si est similitudo in unitate
specifica praecise, & cum differentia in individuo, similitudo erit
in specie, & similitudo in individuo, si vero similitudo erit in
natura tam secundum speciem, quam in individuo, sub diverso
tamen modo essendi considerata, tunc identitas, & unitas inter
extrema talis quoque erit, sed species ad obiectum dicit similitudi-
nem hujusmodi, tam in specie, quam in individuo, & solum dif-
ferunt in modo essendi, ergo eandem habebit identitatem. Tum
5. inter ea, quae essentialiter differunt, nulla potest esse similitudo,
sed potius dissimilitudo, at species dicitur omnino similis ob-
jecto, ergo essentialiter, & quidditative non differunt. Tandem
Arist. 7. Meth. 23. ait *Ab arte autem sunt quorundam forma in ani-
ma, formam autem dico spiritum, quod quis erat esse univocumque*,
ergo species, quae est forma in anima, est ipsa quidditas ob-
jecti.

105 Resp. ad r. si valerit exemplum in omnibus, probaret speciem esse quoque obiectivam similitudinem, ut est imago; quare proportio consistit in hoc, quod species, & imago sunt similitudinis in representando, non tamen quod sint eadem omnino cum rebus representatis, sicut nec imago impressa est eadem numero cum effigie annuali: in 2. de An. solum ait Arist. potentiam fieri similem objecto per speciem in esse representativo in actu primo, ex hoc autem non sequitur speciem esse omnino eandem in natura cum objecto, sicut nec cognitio, quamvis representet v.g. lapidem, est quidditas lapidis, aliter sicut cognitio lapidis esset essentialiter vitalis, sic quidditas lapidis esset essentialiter vitalis, quod est falsum; & cum dicitur speciem esse obiectum in esse representativo, hæc est conditio diminutiva, quoad esse reale potest dici conditio dilahans; unde non valet inferre species lapidis est lapis in esse representativo, ergo est lapis, sicut nec imago Cæsaris, licet sit Cæsar in representando; sequitur absolute, quod fit Cæsar. Ad 2. concedimus speciem esse primò institutam ad representandum, & in hoc sensu dici posse similitudinem formalem, quia ex se ratio cognoscens, non ratio cognita; non tamen debet ex hoc, quod fit eadem omnino quidditas obiecti. Ad 3. concedimus quoque cognitionem signi ab objecto ut similem, non in essentia, sed in representando, & ut sic esse similem objecto, quamvis species impressa potius habeat ut semem, quam ut agens principale, cognitio enim magis assimilatur objecto, quod exprimit, quam species, sicut filius est imago patris, non seminis. Ad 4. inter speciem, & obiectum non est similitudo in natura, & essentia, sed solum in representando, ut monet Doctor in 2. d. 3. q. 9. L. idemque solum infert proportionem representantis ad representatum, non identitatem essentia. Per idem ad 5. Ad 6. dicimus, ibi ferentem esse de conceptu obiecti, quæ est res cognita, in quo consistit ratio idæe ex dictis disp. 7. Phys. q. 7. art. 1. quod pacto concedimus eandem rem à parte rei habere esse cognitam in intellectu, & potentia cognoscente; non tamen ex hoc inferas cognitionem, & speciem impressam esse eandem rem omnino sub diverso tamen modo essendi, imò ex hoc deducitur confirmatio nostra sententia, nam res, ut habet esse in potentia cognitiva, dicitur conceptus obiectivus, qui omnino distinguitur à conceptu formali, & à specie impressa, ergo res ut sic non erit species, vis impressa, vis expressa; sed quid ab illis representatum, idem enim lux eodem modo essendi intentionalis non potest seipsum representare.

Q U Æ S T I O V I I.

An sensus erret circa suum sensibile.

106 Omnis cognitio, cum sit representativa, & expressiva obiecti, habet fundatam relationem quandam similitudinis, & conformitatis ad obiectum, quando scilicet illud exprimit sicuti est, & hæc conformitas, & similitudo dicitur veritas cognitionis in representando, ut diximus in Log. disp. 10. q. 2. quæ duplex est, perfecta, & conveniens proprie iudicio intellectus, quo determinat de realiquo cognoscitur, & iudicatur, quod convenit à parte rei; & imperfecta, & hæc quicunque cognitioni convenire potest, etiam simpliciter apprehensio, quatenus in cognitione ad obiectum intervenit quædam conformitas, & similitudo in representando, unde dicimus, non verè apprehendere hominem esse animal rationale, verè albedinem videre, audire sonum, quæ veritas potest dici simplex, & incomplexa ad differentiam veritatis complexæ, & iudicativæ. Ex opposito falsitas quoque est duplex perfecta, & imperfecta, prima erit difformitas iudicii, quod determinat affirmantis, quod non est, vel negantis, quod est; secunda est difformitas cuiuscunque cognitionis, qua res non exprimitur, sicuti est in se, & de illa loquimur in præsentibus, an scilicet sensus possit errare, & decipi percipiendo sensibile aliter ac sit in se, & qua ratione contingat.

107 In hac re fuerunt duæ extreme sententia antiquorum; prima fuit Academicorum, afferentium nihil certum esse in sensibus, sed omnium erroribus ista exposita, ut nulla sit eis adhibenda fides. Secunda fuit Epicureorum docentium sensum nunquam errare circa sensibile; Alii mediast, negant enim proprie, & per se reperiri errorem in sensu, quia semper in cognitione sensitiva adest conformitas ad obiectum, quod apprehendit, etiam quando sensus videtur apprehendere externam, aliter ac sit, quia tunc non apprehendit illud, sed aliam loci illius; per accidens tamen dicitur falli, & occasionaliter, quatenus est causa, quod intellectus falsè iudicat de obiecto, ut Suarez disp. 9. Met. sect. 1. n. 16. & Conimb. 2. de An. c. 6. q. 6. ar. 2. Alii verò admittunt errorem per se, non solum per accidens in actibus sensitivis licet non in omnibus.

108 In hac re primò certum est, sensum non semper in suis actibus errare, quoniam verum percipiat; ita Doctor p. d. 2. q. 4. ar. 1. & 2. ubi hoc probat contra Academicos ex D. Aug. & rationibus, nam videmus quædam ab omnibus sensibus, quando non adest impedimentum, eodem modo cognosci, quædam non ita cognosci, ergo quando ab omnibus eodem modo percipiuntur, signum evidens verè à sensibus cognosci, non falsè. Tum quia hoc est de fide, nam fides est notitia certa, & vera, & nonnulli mediis sensibus habetur, Joan. ut. Quia vidisti me, Thomas, credidisti, & ad Rom. 10. Fides ex auditu auditus autem per verbum Christi, & iterum: Quomodo credent ei, quem non viderunt? & Joan. epist. 1. c. 1. Quod audi-

vimus, quod vidimus oculis nostris; & quod prescripsimus, & manus nostra contraxerunt, &c. amantissimus vobis; ergo ita sensus temper errant, non possent haberi in intellectu nota aliqua certa, & vera, nec ulla scientifica cognitio, quia omnis nostra cognitio pro statu illo ortum habet à sensibus.

109 Secundo certum est in cogitatione sensitiva intervenire quodque aliqualem errorem, ut patet experientia, & ostendit Doctor cit. nam baculus in aqua fractus apparet, infirmi dulcia gustant tanquam amara, conspiciens per vitrum coloratum omnino videt illos coloris, res minus perfecte minores videntur, & si sunt quadratæ, apparet rotundæ, & quamplurim in dies experimus exempla, ut nefas sit dubitare. Verum non idcirco debemus omnem fidem sensibus denegare, omnemque certam cognitionem, & scientificam in intellectu; quia ut plurimum sensus non errant, & quando fallunt, possunt corrigi ab intellectu, ut optime demonstrat Doctor cit. C. puta in exemplo baculi in aqua corrigitur sensus visus ab intellectu, tum per sensum tactus oppositum sentientis; tum per unam propositionem quiescentem in anima; scilicet, Nullum durius frangitur ad tactum alicuius molli sibi cedentis, quæ propositio nota est ex terminis, nec potest de illa dubitare intellectus, ex alia parte percipit baculum esse durietatem aquæ, & quam illi cedere, ex quibus infertur necessario baculum in aqua non frangi, & sensum visus errare, non autem sensum tactus.

110 Difficile tamen est assignare causam, ratione cuius sensus dicitur falli pro quo est advertendum, quod tripliciter potest sensum impediri, nec rectas elicere sensationes, primum impedimentum provenire potest ex parte organi, si est affectum aliqua contraria dispositione, ut si in oculo esset aliqua humor noxius tenens ad rubredinem, omnia apparetur rubra, qui iterica laborant infirmate, album tanquam pallidum vident, infirmi etiam quando organum gustus habet humor bilioso, & amarum intantum, quia ratione dulcia apprehendunt ut amara; secundum impedimentum potest esse ex parte mediæ, si scilicet est vaporibus affectum, unde ob id alia quædam rubra cernuntur, sic cernens per vitrum coloratum, quodlibet obiectum similis coloris conspiciat; item si in densitate, & opacitate differt, varias causetur sensationes, hinc baculus partim in aqua, partim in aere existens fractus, vel curvus apparet, quia aliter immitit species per aquam, aliter per aërem, qui est medium magis rarum, & diaphanum; tertium impedimentum potest esse ex parte ipsius obiecti, si est nimis dilans, quo casu album apparet fuscum, & quadratum cernitur rotundum, difficultas igitur consistit in hoc, quia tunc sentio v.g. amaritudinis fit non sine ipsa amaritudine, vel specie ipsius, species autem non causetur nisi ab amaritudine existente, quæ non adest in præsentibus; quod si dicas, fieri ab humore bilioso amaro, sequetur sensum tunc non decipi, quia verè apprehendit rem, sicuti est à parte rei.

Fonleca r. Met. cap. 2. q. 3. sect. 8. docet sensationem illam fieri per speciem obiecti, quod apprehenditur, scilicet in infirmis sensationem amaritudinis per speciem ipsius, non per speciem dulcedinis, in iride per speciem illorum colorum apparentium, non per speciem lucis, idè quæ fallitur sensus, quia percipit rem, aliter sit; Ruvius tract. de object. & spec. sensib. q. 16. vult hæc sensationes fieri per speciem obiecti, ut in se existentis, scilicet per speciem lucis in iride, & per speciem dulcedinis in infirmis, & consequenter quod sensatio sit ejusdem omnino rationis, ac si obiectum in se abque errore sentiretur, puta quod ejusdem omnino rationis sit gustus sensatio, cum mel percipit dulcè abque errore, & cum propter organi indispotionem ut amarum apprehendit.

111 Pro resolutione dicimus primò, sensationes illas esse alterius rationis, & diversæ speciei; prob. quia non minus sensus sensus percipit amaritudinem, cum mel gustat, ac quando verè gustat cibum amarum, non minus visus percipit ruborem in pagina propter rubrum vitrum, ac si verè pagina esset rubra, ergo hæc sensationes sunt ejusdem rationis, & est contra sensatio, quæ mel percipit ut dulce, & quæ sentitur ut amarum, erunt alterius rationis. Tum quia sentatio amaritudinis mellis in eo sensu infecto, & sensatio dulcedinis ejusdem causant species alterius rationis in sensibus internis, & etiam in intellectu representantis amaritudinem, & dulcedinem, verèque sensus, & intellectus inter illa discernit, ergo sensationes illæ sunt etiam speciei distinctæ, & alterius rationis, antec. patet, conseq. prob. eodem Ruv. principio, quia species naturaliter non causetur, nisi ab obiecto existente in rerum natura, sed si sensationes illæ non essent alterius rationis, nulla esset sentatio amaritudinis potens causam speciem illius in sensu interno, & intellectu. Si dicas posse percipit illum causare propter indispotionem organi, ergo etiam dici poterit species dulcedinis mellis posse producere sensationem amaritudinis propter organi indispotionem, eadem enim utrobique militat ratio.

112 Dicimus 2. sensationes illas causari ob diversum concursum variarum specierum; explicatur prob. simul, nam cum v.g. adest impedimentum ex parte organi, qualitas illa propter majorem vicinitatem, & activitatem incidit obiectum, vel speciem obiecti, & quia vehementius movet sensum, omnia percipiuntur ejusdem qualitatis; sic humor ille biliosus inficit cibos, & amarus facit apparere, ut ait Aril. 2. de An. 104. Ut cum quis prescriptur forem saporem, gustet alterum, & ut agros amarus amara omnia videntur, propter quod per linguam plenam huiusmodi humiditate sentiunt; sic quoque navigans cernit littus moveri, quia sensus mobiliter, & successivè novæ, & novas species ejusdem obiecti recipit; visus iterum omnia percipit palli-

pallida, vel rubeo humore affectus omnia conspiciat rubra, quia species rerum insciantur ab illa qualitate, quæ in parte viciniori oculorum propriam immitit speciem, quæ propter propinquitatem fortius movet vitium, & omnia ejusdem coloris facti apparere; hæc quoque est ratio, cur per medium coloratum cernimus omnia ejusdem coloris; similiter, quando est variatio dispositionum mediæ in elasticæ, & diaphaneitæ, quia species franguntur, & non perveniunt recta linea ad visum, & consequenter faciunt apparere obiectum in alio loco, puta in eo, unde radius recta linea incipit movere potentiam, qui locus propter est illo, in quo residet pars baculi existens in aqua, species verò alterius partis in aere existens, quia transeunt per medium uniforme, non franguntur, sed recta linea à baculo ad oculum mittuntur, unde representant baculum in eodem loco, in quo est, & propter hæc diversitatem representationis baculus apparet fractus, vel curvus. Tandem quando impedimentum est ex parte obiecti, causa erroris est ipsa species obiecti, si enim est nimis dilans, quia omne agens agit uniformiter difformiter species, in maiori distantia est imperfectior, & per consequens imperfectius representat obiectum, hinc album apparet fuscum, magnum conspiciat parvum, quadratum cernitur rotundum, & cetera. Et quoniam ex commixtione lucis, & opacitatis resultant colores apparentes, idcirco dantur species illos representantes, ut in iride, & collo columba; quapropter causa erroris sensus semper est species aliqua sensibilis, vel à proprio obiecto simul cum aliis admixta, & causata, vel aliquatèr à mediâ dispositione, vel condicione obiecti alterata.

113 Contra prædicta insurgit Ruvius, qui vel cibis inscitur ab humore bilioso recipiendo verum amaritudinem, vel per applicationem alicuius humoris, scilicet salivæ, vel alterius similis; non primum, quia sapor solum fit ex alteratione primarum qualitatum, & non est alterius similis productivus, non videtur autem tam brevi tempore posse fieri alterationem in primis qualitativis, ut varietur dulcedo in amaritudinem; si secundum, ergo quia ista applicatio fit secundum extimas partes, non secundum internas, solum partes extremæ percipiuntur amarae non internæ, quæ tamen immitunt speciem dulcedinis, & consequenter quia istæ sunt in maiori copia, superabunt amaritudinem extremorum, unde semper cibis dulcis sentietur, quod est contra experientiam. Tum quia sensus non diceretur errare, quia perciperet obiectum ut est representatum à parte rei per speciem. Tum 3. nequit obiectum cognosci à sensibus externis, nisi sit existens, & immitit speciem sui, sed in melle nulla est amaritudo, ergo nequit sensus habere speciem amaritudinis à melle, nec illam in melle percipere. Quod fortius urget in coloribus apparentibus, quia colores in iride, & in collo columba à parte rei non existunt, ergo non possunt producere species representantes ipsos. Si dicas, species illas produci à luce, & opacitate; præterquam quod est falsum, quia species à proprio obiecto habet producti, non ab alio specie distincti, ut species albedinis ab ipsa albedine, non à nigredine, lux autem, & color speciei differunt; adhuc urgent, quia in cognitione intuitiva istem obiectum in propria existentia debet terminare illam cognitionem, non autem ut relucet in specie, sed colores illi verè non existunt, sed sunt apparentes, ergo nequeunt terminare visionem coloris rubi, aut viridis, sed hæc visio erit ejusdem rationis cum illa, quæ lumen, vel lux conspiciunt sine deceptione.

114 Resp. cibum utroque modo infici; nam per admixtionem salivæ alteratur cibum, ut omnes concedunt, & idè potest etiam amaritudinem recipere, licet non tam subito, sed præcipue quia partes humorantur, & quamvis sit externa, adhuc producit speciem amaroris, nec intense sufficienter ad vincendum totaliter amaritudinem; nam impediuntur autem ad vincendum totaliter amaritudinem alio quodam corpore tenuè liniretur, itaut nigredo transiret aliquantulum, certè plures sunt partes nigredinis, quam albedinis, & tamen istæ sufficienter impediunt illas, nec perfecte videntur; præterquam quod quia gustus fit per contactum, qui exercetur per partes extimas, si hæc sunt impedite, parvam injunt internæ ad sensationem. Ad 3. consideretur sentatio in ordine ad obiectum, prout est à specie representatum, concedimus nunquam proprie falli, & in hoc sensu, ut Log. disp. 3. q. 4. art. 1. & disp. de Cælon. 88. atamen deceptio, vel veritas potius adhiberi debet in ordine ad obiectum in se existentis, & à parte rei, aliter rari esset falsitas in intellectu, quia semper ferè percipit obiectum, vel non est, oratio dicitur præsentatur, tum quia ex eo, quod res est, ut à specie representatur vera, vel falsa, non ex eo, quod res representatur à specie, & quia sensus non apprehendit obiectum, sicuti est, idè dicitur decipi, ut ait Aril. 2. de An. c. 63. & 161. Dices verè mel ab humore bilioso affectum esse amarum, ergo apprehendit illud, sicut est. Resp. in hoc casu fallitur, quatenus iudicat deinde amaritudinem illam esse intrinsecam melli; attamen cum videtur obiecta rubra, vel pallida propter ruborem, aut pallorem mediæ, verè sensus non apprehendit illa, ut sunt in se, idèque fundat difformitatem ad illa, & falsitatem.

Quod additur de coloribus apparentibus, solvemus disp. seq. perit enim longiorum discussionem de luminis, & coloris natura.

Secundo arguitur ex Aril. 2. de An. 63. docente sensum circa sensibile proprium non decipi, bene tamen circa sensibile commune, ergo circa proprium obiectum non errat sensus.

115 Pro resolutione hujus difficultatis multum laborant expostores, utollendant, quo modo contingat error circa commune sensibile, & non circa proprium; eo vel maxime, quod æque sensus videtur errare circa utrumque. Si enim dicitur, sensum posse errare circa obiectum proprium materiale, seu ut est à parte rei, non autem formale, & ut à specie representatur; aut non posse errare circa proprium, dummodo non adint impedimenta assignata, vel aliquid ex illis; hoc idem de sensibili communi poterit dici; nam necessitatio apprehenditur à sensu, prout à specie representatur, & si adint omnia requisita, non contingit error circa illud; si dicitur non committi errorem circa proprium in genere, ut visus non errat circa colorem in communi percipiendo, quod non est color, ac si esset color, nec auditus circa sonum, ut cognoscit non sonum profano; falli tamen circa proprium in specie, accipiendo usam speciem propria: hoc idem de sensibili communi dici potest; nunquam enim contingit percipere non sensibile commune pro sensibili; licet possit decipi in particulari, accipiendo scilicet motum pro quiete, ut cum apprehendimus altra ut quiescentia, cum tamen moveantur, & est contra quietem pro motu, ut accidit navigantibus, quibus littus apparet moveri; item potest una figura accipi pro alia.

116 Pro resolutione advertendum, quod duobus in locis hoc affertur Aril. videlicet in 2. de An. 63. & in text. 161. & utrobique se clarissime explicat, in quosensu loquatur; adest tamen hoc discrimen, quod in text. 63. ait sensum non decipi circa proprium sensibile, non tamen subjungit posse decipi circa sensibile commune, sed hoc est ab expostoribus additum; in text. 161. ait quidem circa commune sensum errare, sed adhuc idem concedit circa proprium, & solum affert differentiam, quod circa proprium partum contingit falli, circa commune lapsus, hæc sunt verba textus, Sensus quidem proprium est verus, aut quomodo passivum habens falsum, quod enim album sit, non est falsus, si autem album hoc, aut aliud quiddam, falsus est. Circa commune maxime jam est decipi secundum sensum. Quapropter in primo loco Aril. docuit sensum circa proprium non decipi, loquendo de proprio in genere, qualis est color respectu visus, sonus respectu auditus, sapor respectu gustus, &c. ut ipsemet se exponit, ait enim, Dico autem proprium quidem, quod non contingit alio sensu sentire, & circa, quod non contingit decipi, ut visus coloris, & auditus soni, & gustus saporis, sed unusquisque iudicat de his, & non decipitur, quod color sit, neque quod sonus, sed quid sit coloratum, aut ubi, aut quid sonans, aut ubi; deinde definiens commune sensibile ait: Communis autem motus, quiet, numerus, figura, magnitudo, huiusmodi enim nullius sunt propria, sed communia omnibus, ubi ut patet, non addit, quod circa illa contingit decipi, eo quia nequit error accidere circa sensibile commune in genere, sed solum in specie, ut diximus, illa enim quinquæ se habent ut species sub sensibili communi, sicut albedo, & nigredo sub colore; nam omnia illa quinquæ spectant ad eandem sensum, sicut omnes species coloris ad visum. In secundo loco docuit plures decipi circa sensibile commune, quæ circa proprium; quia etiam cum obiectum est dilans, quandoque non contingit errare circa proprium, sed solum circa commune, ut patet in alris, quæ licet maxime distantia, apparent tamen lucida, unde visus non errat circa lucem, quæ est sensibile proprium, & tamen quiescentia, parva, & plana cernuntur cum sint in continuo motu, rotunda, & ingentis molis; quod est errare circa sensibile commune; sic navigans non errat circa colorem litoris, sed circa quietem. Ratio hujus assignari solet, quia sensibile proprium movet per propriam speciem, at sensibile commune per speciem sensibilibus proprii, idè quæ species fortius movet pro sensibili proprio, quam pro communi, & consequenter facilius decipitur sensus circa commune, quam circa proprium.

117 Ex his colligas, sensum, ut percipere possit obiectum suum particulare, debere carere natura, vel gradu sui obiecti; quod magis declarabitur disp. seq. dum agemus de sensu tactus.

Solet adhuc quæri de obiecto sensibili in communi, quomodo se gerat in ordine ad sensum, scilicet num necessario debeat esse præsens in se, an verò sufficiat, quod in specie relucet; ac debeat existere modo divisibili, itaut si indivisibiliter existeret, ut Corpus Christi in Eucharistia, possit videri, falem supernaturalem; itera num si supra sensum poneretur, faceret sensationem, an verò necessario requiratur medium interiacens, rursus num vehementer sensibile lædat sensum, & similia; sed hæc omnia nec ad obiectum sensibile in communi, nec ad sensum ut sic attinent, sed potius ad sensibile externum, & ad sensus exteros in particulari, idè quæ solutiones harum difficultatum in seq. disp. adducemus q. 7.